imponi, sed quam ego, & sequere me, qui prae-
cessi te ferens non crucem, quam ego mihi imposui, sed
quam pater imposuit. Revera non ego imposui
quam ego magis à me tolli ter oravi, & cum
pater nollet auferre, ego nolui abjicere, sed magis
cum fervore ferre, quod ipse voluit.

Ex scriptis Domini Bonaventurae su-
per 1. sententiarum.

Ecce ego ad te pharao rex Aegypti draco magne,
qui cubas in medio fluminum & dicis meus est flu-
vius, & ego feci memetipsum, ponam frenum in
maxillis tuis Ezech. 29. Draco iste magnus
quem Dominus alloquitur, & cui comminatur in
persona pharaonis diabolus est, qui est rex Aegypti

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1849/0843
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG